Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

castitatem sentimus; pilos caprarum. cum ha
bitu penitentiae ac luctus induimur, pelles ari
etum rubricatas. cum ipsos dominici gregis
ductores suo sanguine baptizatos uidemur.
pelles hyacinthinas. cum nos post mortem spi
talia in caelis corpora habituros esse speramus,
Ligna sethim. cum expurgatis peccatorum spine
tis. munda carne et anima dno soli seruimus,
Oleum ad luminaria concinnanda. cum fructib;
caritatis et misericordiae refulgemur.,
Aromata. unguentum et thimiama boni odoris
cum opinionem bonae nrae actionis multis ad
exemplum bene uiuendi longe latequ; diffundim
Lapides onichinos et gemmas adornandum
ephod ac rationale. cum miracula sorum qui
bus cogitationes do deuotas. et opera uirtutum
ornauere dignas laude praedicamus, atque
haec in adiutorium nrae fidei ubi opus fuerit
adsumimus; quia enim in humeris onera ge
rere solemus. recte per ephod. Id est super
humerale opera iustorum et pii pro dno labor
insinuantur; quia uero in pectore cogitatio
num sedes est. recte in rationali qui est
habitus pectoris sacerdotalis. mundae electo